

inferente, vel sugerente bestia alterius, propter quod se precipitavit, seu fugit, aut aliud damnum fecit. Hoc dicit.

(1) *Enridasse*. Concordat cum l. *item Mela*, §. *item cum eo*, D. eod.

(2) *Espantasse*. Concordat cum §. *fin. Institut. eod.* et vide l. *item si obstetrice*, §. *si servum meum*, D. eod.

LEY XXII.—Como es tenuto el señor del cavallo, o de otras bestias mansas, de pechar el daño que alguna dellas fizieren (a).

Mansas (1) son bestias algunas naturalmente, assi como los cavallo, e las mulas, e los asnos, e los bueyes, e los camellos, e los elefantes, e las otras cosas semejantes dellas. Onde, si alguna destas bestias (2) fiziere daño a otro por su maldad, o por su costumbre mala que ayán; assi como si fuesse cavallo, o otra bestia de aquellas que usan los omes caualgar, e si ella sin culpa de otro lançasse las coces (3), o fiziesse daño en alguna cosa; o si fuesse toro, o buey, o vaca, o otra bestia semejante que fuesse mansa por natura, e ella por su maldad, sin culpa de otro, fiziesse daño en alguna cosa; estonce el señor de qualquier de aquestas bestias que fiziesse el daño, sería tenuto de fazer de dos cosas la una; o de emendar el daño, o de desamparar la bestia (4) a aquel que el daño rescibiere. Pero si el daño non viniessse por maldad de la bestia, mas por culpa de algun ome, quel diessse feridas, o la espantasse, o la aguijonasse (5), o le fiziesse otro mal en qualquier manera, por que la bestia ouiesse a fazer mal a otro; estonce aquel por cuya culpa auiniesse el daño, es tenuto a fazer emienda, e non el señor de la bestia (b).

(a) L. 20, tit. 4, lib. 4 del F. R.

(b) Repetimos la nota 2.ª a la ley precedente.

LEY XXIII.—Animali de sui natura mansueto ex propria malignitate, seu feritate damnum dante, ut si equus recalcitret, aut camelus, vel elephans, seu bos cornu petat, tenetur jus dominus ad damnum, aut animal pro noxa dandum. Si autem ex culpa alterius hoc fiat, ut causa punitiois, vel simili, non dominus, sed cuius culpa factum est, tenetur de damno. Hoc dicit.

(1) *Mansas*. Concordat cum l. 1. in princ. et §. *ait Prætor, usque ad §. in bestiis*, D. *si quadrup. pauper. fecis. dicat.* et *Institut. eod. in princip.*

(2) *Destas bestias*. Quæ sunt quadrupedes: quid si sit bipes? Dic idem, ut in l. *penult. D. eod. veluti si gallus percussit hominem in facie cum rostro, vel in oculo, ut exemplificat Faber, Institut. eod. in princ.* Si verò comederet semina vel uvas, dic ut ibi per eum in *vers. quid si canit. tuus.*

(3) *Las coces*. Reus est erga qui habet equum calcitrosus, ut vult glossa relata ad textum in cap. *de occidentis*, 25. quæst. 5.

(4) *Desamparar la bestia*. Quid si post acceptum iudicium reus vendat pecudem actori, an condemnatur in toto damno, ita quòd non liberetur, dando quadrupedis pretium pro noxa? Videtur, quòd in toto damno, per textum in l. *si alienus servus*, cum l. sequent. *D. de noxal.* et quid si bestia moriatur ante litem contestatam? Vide l. 1. §. *planè*, D. *si quadrup. pauper. fecis. dicat.* Et quid si venderet alii ante litem contestatam, vide ibidem in §. *et cum etiam*, ubi quòd noxa caput sequitur.

(5) *Aguijonasse*. Adde dict. l. 4. §. *sed si instigatu*, D. *si quadrup. pauper. fecisse dicatur.*

LEY XXIII.—Como aquel que tiene el leon, o osso, o otra bestia braua en su casa, deue pechar el daño que fiziere a otro (a).

Leon (1), o onça (2), o leon pardo (3), o osso (4), o lobo (5) cerual, o gineta (6), o serpiente (7), o otras

bestias que son brauas de natura, teniendo algund ome en su casa, deuela guardar, e detener presa, de manera que non faga daño a ninguno. E si por aventura non la guardassen assi (8), e fiziesse daño en alguna cosa de otro, deuelo pechar doblado (b) el señor de la bestia a aquel que lo rescibio. E si alguna destas bestias fiziesse daño en la persona de algun ome (9), de manera que lo llagasse, deuelo fazer guarescer el señor de la bestia, comprando las melezinas, e pagando el Maestro que lo guaresciere, de lo suyo; e deue pensar del llagado fasta que sea guarido. E demas desto, deuele pechar las obras que perdio, desde el dia que rescibio el daño fasta el dia que guarescio, e aun los menoscabos que rescibio en otra manera, por razon de aquel daño que rescibio de la bestia (c). E si muriere de aquellas llagas quel fizo, deue pechar porende, aquel cuya era la bestia, dozientos maravedis de oro; la meytad a los herederos del muerto, e la otra meytad a la Camara del Rey (10) (d). E si por aventura non muriesse, mas fincasse lisiado de algun miembro, deuele fazer emienda de la lision, segun aluedrio del Judgador (e), acatando, quien es aquel que rescibio este mal, e en qual miembro.

(a) L. 20, tit. 4, lib. 4 del F. R.

(b) Estas penas del duplo hace mucho tiempo que dejaron de estar en práctica, y en la actualidad se hallan abolidas como todas las leyes penales anteriores a la promulgacion del Código penal, que las deroga por su art. 494 (hoy 496 segun la variacion causada por el R. D. de 24 de setiembre de 1848). En su lugar solamente pueden imponerse en caso de delito las penas determinadas en el cap. 8, tit. 14, lib. 2 del Código, que trata de los daños, ó las que corresponden de las prescritas en el lib. 3 del mismo Código en caso de falta.

(c) Además al dueño de la bestia, como reo de imprudencia temeraria, deberán imponerse las penas del tit. 15 del Código.

(d) Estas penas se hallan hace mucho tiempo en desuso, y hoy abolidas por el art. 494 (hoy 496) del Código penal; y en este caso juzgamos aplicable lo que dejamos expuesto en la nota precedente.

(e) El perjuicio causado por la pérdida de algun miembro es inestimable, y por tanto no puede resacirse; y en quanto a la aplicacion de las penas, no se impone ya conforme al prudente arbitrio del Juez, pues segun el art. 19 del Código no debe ser castigado ningun delito ni falta con pena que no se halle establecida por la ley con anterioridad a su perpetracion. En este caso nos referimos tambien a la nota 3.ª

LEY XXIII.—Animal de sui natura ferum, ut leonem, lupum, et similia animalia tenens, sic teneat ligatum, ut damnum non faciat, aliàs damna solvet duplicata. Et si liberum hominem feriat, ejus expensis sanabitur, et insuper damna, et interesse ob hoc obvenientia, solvet; et si ex plagis moriatur, solvet ducentos morapetinos aureos, medietatem hæredibus, et residuum Regis Cameræ. Si autem vivat, sed remaneat membro aliquo mutilatus, arbitrio iudicis, secundum qualitatem membri mutilati, ad interesse damnabitur. Hoc dicit.

(1) *Leon*. Ille est fortissimus bestiarum, secundum Gloss. in *authent. de nuptiis*, in princip. et ad rugitum leonis nulla bestia potest stare, vide Amos 5. v. 8. et B. Bernard. super Psalm. *Qui habitat*, vers. 12. in fine, et sanctus Ambrosius in *Exameron*. lib. 6. cap. 5. ubi de istius animalis superbia et ferocitate; et adde Auchar. consil. 310. ubi tradit, quòd ubi leo tenet pedem, cætera animalia quiescunt; vide ibi col. 4. ubi hoc allegat ad notabilem questionem, in qua consuluit. Adde etiam quòd habetur Ecclesiast. cap. 27. v. 11.

Leo semper venationi insidiatur; et quàm plura de natura leonis tradit Isidor. 12. lib. *Etymologiarum*, cap. 2. ubi inter cætera dicit, quòd circa hominem leonum natura est benigna, ut nisi læsi nequeant irasci; et quòd patet eorum misericordia exemplis assiduus, postratis enim parcunt, captivos obvios repatriare permittunt, hominem non nisi in magna fame interimunt.

(2) *Onça*. Bestiæ est minutis orbiculis superpicta, ita ut oculatis ex fulvo circulis, nigra vel alba distinguatur varietate, et hæc semel omnino parturit, cuius causa manifesta ratio est, nam cum in utero matris coalescere catuli, maturisque ad nascentium viribus pollent, odiunt temporum moras, ita quòd oneratam foetibus vulvam, tamquam obstante partui, unguibus lacerant, effundit illa partum, aut potius dimittit dolore coagente, ita postea corruptis et cicatricosis sedibus, genitale semen infusum non hæret acceptum, sed irritum resilit; nam Plinius dicit, animalia cum acutis unguibus frequenter parere non posse, vitiantur enim intrinsecus se moventibus catulis: hæc Isidorus, ubi supra.

(3) *Leon pardo*. Ille ex adulterio leonæ, et pardi nascitur, secundum Plinium in naturali historia, et Isidor. ubi supra.

(4) *Ossos*. Ursus secundum Isidor. ubi supra, ideo dicitur (ut quidam ajunt) quòd ore suo formet foetus, quasi orsus; nam ajunt eos informes generare partus, et carnem quamdam nasci, quam mater lambendo in membra componit. Ursi vis maxima in brachiis, et in lumbis, unde interdum erecti insistent.

(5) *Lobo*. Rapax hæc bestia, et cruoris appetens, secundum Isidor. ubi supra, de quo rusticus ajunt vocem hominem perdere, si eum prius lupus viderit: unde et subito tacendi dicitur: *Lupi illum priores viderunt*. Lupi toto anno non amplius quàm duodecim vicibus coeunt; famem diu portant, et post longa jejunia multum devorant. Lupos Ethiopia mittit cervicæ jubatos, et tanto varios, ut nullum colorem dicant illis abesse. Ambros. etiam Psalm. 118. serm. 10. vers. 2. refert illud de amissione vocis in homine, quem prior lupus vidit.

(6) *Gineta*. Ille videtur, quem vulgò Catum Cervalem vocant.

(7) *Serpiente*. De multis generibus serpentum, et earum proprietatibus, vide Isidor. eod. lib. cap. 5.

(8) *Non la guardassen assi*. Adde §. *fin. Institut. si quadrup. pauper. fec. dic.* et l. 1. §. *in bestiis*, D. eod. et D. *de adilit. edicto*, l. *hi enim*, cum l. sequenti, ubi etiam de cane, et verve: adde etiam l. *unic. cum gloss. ibi*, C. *de venal. ferar.* lib. 11. ubi habetur de istis bestiis, quæ à longinquis partibus mittuntur ab uno domino, alteri, quòd non possunt morari in civitatibus, per quas transeunt ultra septem dies. Et an sit irregularis, qui tenet cervum, vel leonem, seu canem furiosum, si aliquem occidat? Vide per Innocenc. in cap. *ad audientiam, de homicid.* et per Specul. qui non allegat Innoc. refert. ejus verba in tit. *de dispensation. §. juxta propositionis ordinem*, col. 13. ubi dicit, quòd non est irregularis, dum tamen malitiam, vel latam culpam non adhiberit, non enim videtur quòd levis culpa vel negligentia debeat huic imputari, cum sit causa multum remota ab homicidio: alii tamen dicunt secundum eum, quòd si aliquid est quòd possit imputari tenenti cervum, vel leonem, quòd erit irregularis, argumento cap. *sapè*, 30. dist. et dict. §. 1. *Institut. si quadrup. pauper. fec. dicat* vides ergo, quòd Innoc. vult cessante malitia, vel lata culpa, hunc non esse irregularem, et hoc tenent communiter Doctores prout attestatur Joan. de Ana. ibidem, intelligens esse verum, si ista animalia erant ligata; secus si soluta, quia tunc imputaretur ei per l. 2. §. 1. D. *si quadrup. pauper. fec. dicat* et hic in ista lege Partitarum ibi: *e deue ser presa, etc.* per id quòd habetur in l. *item Mela*, §. *item et cum eo*, D. *ad leg. Aquil.* Quid autem si fera esset ligata, et domino culpa non potest imputari, tamen fera nocuit, an dabitur saltem utilis actio de pauperie? Gloss. dicit, quòd sic in l. 2. D. *si quadrup. pauper. fec. dic.* et in l. 4. §. *in bestiis*, in quo concluditur, secundum Florian. per Jacob. Butri. ibi, quòd si fera non evasit à potestate domini, et nocuit, tunc habet locum utilis tantum, per §. *fin. Institut. eod.* si verò evasit prorsus, tunc non tenetur dominus, neque directa, neque utili, ut in dict. §. *in bestiis*; idem vult Joan. Fab. *Institut. eod.* in princ. ubi dicit, quòd actio utilis et directa de pauperie cessat, ubi fera quando nocuit ita, jam erat recepta in naturalem libertatem; sed ubi non omnino recepta erat, quia adhuc habebat consuetudinem revertendi, tunc detur utilis: et ibi vide, quid si fera damnum dedit, cum esset in naturali libertate, deinde iterum pervenit ad manum domi-

ni, ad dominum tenebitur? Et post Jacob. concludit, quòd non. imo et secundum eum, si ante tenebatur, et sine culpa sua evasit, non videtur teneri, si ad potestatem suam redeat, l. *qui res*, §. *aurum*, D. *de solution. l. si servus legatus*, D. *de adm. legat.* et ibi respondet ad §. *ex diverso, Institut. de noxal.* qui videtur obstaré; et intellige hoc quando fera non habebat consuetudinem revertendi; sed aliquo casu dominus eam habuit, nam aliàs teneretur utili, ut superius dixi.

(9) *En la persona de algun ome*. Concordat cum l. *ex hac*, l. *si quadrup. pauper. fec. dicat.*

(10) *A la Camara del Rey*. Nota hoc, quia in l. *qua vulgo*, D. *de adilit. edicto*, de qua ista sumpta est, non applicat, neque exprimit cui dentur isti ducenti solidi aurei, et ut refert Joann. et Ang. §. *fin. Institut. si quadrup. pauper. fec. dicat.* Doctores communiter tenent, quòd omnes isti solidi applicentur parti; tamen Glossa secundum eos voluit, quòd dividerentur inter hæredes mortui, et fiscum, in l. *qua vulgo*, D. *de adilit. edicto*: non tamen ego reperio in meo libro, quòd hoc dicat Glossa: tene ergo menti istam legem Partitarum.

LEY XXIV.—Como el dueño del ganado es tenuto de pechar el daño que fiziesse en heredad agena (a).

Vacas, o ovejias, o puerços, o algunos de los ganados, o bestias, que los omes crian, faziendo daño en viña, o en huerto, o en miesses, o en prados, o en otra cosa de alguno; si el daño fuere manifesto, o lo pudiesse prouar aquel que lo rescibio, deuegelo fazer emendar aquel cuyo es el ganado que lo fizo, e deue ser apreciado el daño (1) por omes buenos, e sabidores, e desque fuere catado, si aquel que guardaua el ganado (2), o el señor del, lo metio y a sabiendas, deuelo pechar doblado (b) (3) a aquel que rescibio el daño. E si por aventura, el non lo metio y, mas el ganado se furto, e entro y a fazer el daño, sin sabiduria del que lo guardaua, estonce deuelo pechar senzillo, o desamparar el ganado (4), o la bestia, que lo fizo, en lugar de la emienda del daño (c). Otrosi dezimos, que maguer aquel que rescibiesse el daño en alguna destas maneras sobredichas, fallasse y el ganado, o las bestias faziendolo, defendemos que lo non mate (5), nin lo lise, nin lo fiera, nin lo encierre (6), nin le faga mal ninguno; mas que lo saque ende, e de si demande (7) delante del Judgador emienda del daño, assi como sobredicho es.

(a) L. 20, tit. 4, lib. 4 del F. R.

(b) Además de que hace mucho tiempo que cayeron en desuso estas penas del duplo, hoy se hallan abolidas por haberse derogado las leyes anteriores a la promulgacion del novísimo Código penal por su art. 494 (hoy 496 segun el R. D. de 24 de setiembre de 1848). En su lugar, no pueden imponerse otras penas que las determinadas en los artículos 474 y 475 (hoy 477 y 478) del mismo Código, sin perjuicio de la justa indemnizacion.

(c) No procede hoy otra doctrina que la referida en la nota anterior, teniéndose en consideracion las circunstancias atenuantes ó agravantes conforme al Código.

LEY XXIV.—Vaccis, ovibus, aut aliis pecoribus in fundo alieno damnum dantibus, si hoc pastoris aut domini facto contingat, solvitur damnum duplicatum; aliàs autem solvitur simpliciter, aut damnum animalis datur pro noxa. Non tamen debet dominus agri animalia sic inventa occidere, percutere, aut damificare; sed educat à fundo, et damnum per iudicem petat. Hoc dicit.

(1) *Apreciado el daño*. Et qualiter æstimabitur frumentum, quòd erat in herba; Cynus in l. *fin. C. de leg. Aquil.* dicit, quòd æstima-

bitur dubius eventus perceptionis, argumento l. *propter spem*. D. *famil. ercisc.* et sequitur ibi Paulus de Castr. aliter verò dicit Specul. tit. *de injur. et damn. dato*, §. *sequitur*, col. 4. versic. *sed quomodo estimabitur*: sed Joan. Andr. ibi, in *addition*. videtur tenere quod dixi post Jacob. de Arena, et idem tenet Florian. in l. *ex hac*, D. *si quadrup. pauper. fec. dicat*. et facit l. *in leg. Falcidia non habetur*, D. *ad leg. Falcid.*

(2) *El ganado*. Tene menti legem istam, quod punitur dominus ex facto et ex negligentia sui pastoris; ex facto ad damnum duplatum, ex negligentia ad simplum, et hoc propter culpam malæ electionis, quæ semper imputatur, secundum Joan. Fab. *Instit. si quadrup. pauper. fec. dicat*. in princ. col. fin. nisi probet fecisse diligentiam de inquirendo, cum eum recipit, allegat cap. *inmotuit, de elect.* Item, quod dominus teneatur ex defectu et negligentia pastoris, tenet Paul. de Castr. in l. *interdum servi qui in fugam*. D. *de publico et vectig.* per l. *videamus*, in princ. D. *locati*, eo quod mala electio est in culpa: si tamen sint pastores clericorum, Anton. in cap. *gravem, de sentent. excom.* vult, quod non clerici, sed ipsi pastores teneantur, quando statutum laicorum punit damna data in agris per bestias, de quo meminit Felin. in cap. *Ecclesie Sanctæ Mariæ*, col. 46. *de constit.* et quod pastores clericorum tenentur propter mercedem, quam accipiunt, tenet ibi Joann. Andr. post Vincent. et Abbatem antiquum; per suum tamen iudicem clerici condemnari possunt ad damna, quia mala eorum electio circa pastores est in culpa, ut dixi. Et quid si animalia fugerunt, et intraverunt confinia alterius civitatis, ubi est statuta poena perditionis bestiarum, vel quintæ partis, si rumpantur confinia? Vide Paul. de Castr. in dict. §. *servi qui in fuga*, dicentem, quod poena habet locum, quando ex defectu, vel negligentia domini, vel pastoris custodientis animalia intrarunt terminos alicujus secus si nulla culpa in hoc fuerit; dicit tamen quod vidit servari indistincte, quod animalia perduntur.

(3) *Doblado*. Non meminividesse legem juris communis poenam sitam dupli imponentem pro damno illato à pecoribus per aliquem immissis in agrum alienum, l. *enim qui servandorum*, §. 1. D. *de prescript. verbis*, quæ loquitur de actione de pastu pecoris ab alio immissi, non ponit hanc poenam, neque aliam, neque etiam l. fin. C. *de leg. Aquil.* neque i. *Julianus*, §. *glans*, D. *ad exhibent.* et tantum videtur ad simplum dari, saltem quando non negaretur, juxta l. *contra negantem*, C. *ad leg. Aquil.* et supra eod. lib. 16. ut vult Paul. de Cast. in dict. l. *qui servandorum*, §. fin. et Joann. Crispus in *suo arbore actionum*, sub tit. *de pastu pecoris*, Specul. tit. *de injur. et damno dato*, §. *sequitur*, col. 4. est tamen juxta poena dolosè pecus immitteuti, ut hic disponitur: sed nunquid dominus in isto casu quando pastor suus immissit animalia in agrum alienum, liberetur dando animal pro noxa; Joann. Fabr. ubi supra, col. fin. inclinatur quod sic, cum dominus non obligetur ex delicto animalis, nisi adnoxam: sed fortè contrarium est verius ex ratione malæ electionis in pastore, et quia lex ista præcisè vult hoc casu teneri ad damnum cum duplo; et istam electionem dandi pro noxa tantum dat in casu, quando pecora scienter non fuerunt immissa, ut statim subditur, et contra fabrum in hoc ultimo dicto tenet Angelus ibi, col. 2.

(4) *El ganado*. Approbat opinionem Glossæ in dict. l. *qui servandorum*, §. fin. D. *de prescript. verbis*, et Spec. tit. *de injur. et damno dato*, §. *sequitur*, col. 4. et fuit opinio Azon. secundum eum post Rofred. Jacobus tamen de Bello Viso tenuit contrarium, imò quod tunc non competat actio de pauperie, quia hæc actio non datur nisi quando animal nocuit contra naturam sui generis, quod non facit in casu isto; dabitur tamen tali casu utilis actio de pastu pecoris, seu actio in factum, argumento l. *Quintus Mutius*. D. *ad leg. Aquil.* secundum eum, et Salic. in l. fin. §. fin. C. *de leg. Aquil.* Angel. et Fab. *Instit. si quadr. paup. fec. dicat*. in princ. ubi Fab. declarat, quod detur hæc actio tunc in id in quo dominus pecoris factus fuit locupletior; dicit tamen quod casus esset in quo posset competere actio de pauperie, veluti si haberem pratum clausum, et bos, vel taurus tuus clausuram rupit ferocitate, vel lascivia, et herbam depastus est. Tu tene menti istam legem Partitarum, quæ indistinctè vult dari actionem de pauperie ad solutionem totius damni, vel ad dandum animalia pro noxa. Et quid si bestia perdita damnum dedit, vel intravit vineam alicujus, et caveatur statuto quod, solvatur certa quantitas pro poena, an talis poena habeat locum in tali bestia perdita? Vide Gandin. quod non, in tract. *malefic.* in rubric. *de multis question. dependentibus à statutis*, col. 4. ad fin.

(5) *Que lo non male*. Concordat cum l. *Quintus*, et l. *quamvis*, D. *ad leg. Aquil.* et C. eod. l. penult. Sed an valeret aliàs statutum, quod liceret occidere animalia in fundo alieno reperta? Salicetus vult quod sic, in l. *Graccus*, col. 2. vers. *ex prædictis*, C. *de adulter.* ubi vult quod si porcus, vel aliud animal in fundo repertum fugiat, quod potest illum prosequens occidere etiam extra fundum, vult etiam Decius consil. 199. col. fin. Cæpola in tractat. *de servit.* sub tit. *de servitute juris pascendi*, 12. column. versic. *superest alia questio*.

(6) *Encierre*. Adde dict. l. *Quintus*; limita tamen nisi nescirem cujus sit animal, quod in meo fundo reperio; nam tunc possum illum retinere et includere, quousque sciam cujus ait, argumento l. *capite quinto*, D. *de adulter*, et tenet Bald. in l. 2. C. *de serv. fugit* et idem Bald. in l. *Quintus*, D. *ad leg. Aquil.* Specul. tit. *de actore*, 49. col. vers. *sed pone invenio pecudem*. Item limita, nisi sit consuetudo etiam includendi ea quæ sciam, cujus sint, et communiter de hoc sunt statuta, et consuetudines per loca, et valet talis consuetudo, ut vult Gandin. in tractat. *maleficior.* sub rubric. *de furibus et latronibus*, vers. *pone questionem de facto*, col. 5.

(7) *Demande*. Et si dominus bestie non cognoscitur, an possit fieri processus, et condemnari ad poenam, vel damnum dicta bestia? Vide Gandin. in tractat. *malefic.* sub rubr. *de multis questionibus dependentibus à statutis*, col. 5. vers. *item pone contineri*, et tradit Alberic. in 2. part. *statutorum*, quæst. 88. et voluit, quando statutum loquitur contra bestiam, quod valeat condemnatio: vide ibi.

LEY XXV.—Como el que echare de su casa huessos, o estiercol, en la calle, deve pechar el daño que fiziere a los que passaren por y (a).

Echan (1) los omes a las vegadas de las casas donde moran, de fuera en la calle agua, o huessos, o otras cosas semejantes (2); e maguer aquellos que las echan non lo fazen con intencion de fazer mal, pero si acaesciese, que aquello que assi echassen fiziesse daño, o en paños, o en ropa de otros, tenudos son de lo pechar doblado (b) los que en la casa moran (3). E si por aventura, aquello que assi echasse matasse algun ome, tenudo es el que mora en la casa de pechar cinquenta maravedis de oro (4); la meytad a los herederos del muerto, e la otra meytad a la Camara del Rey (5); porque son en culpa, echando alguna cosa en la calle por do passan los omes, de que puede venir daño a otri (c). E si muchos omes (6) morassen en la casa, donde fuesse echada la cosa que fiziesse el daño, quier fuesse suya, o la tuuiesse alogada, o emprestada, todos de so vno son tenudos de pechar el daño, si non supiesse ciertamente qual era aquel por quien vino. Pero si lo supiesse, el solo (7) es tenudo de fazer emienda dello, e non los otros. E si entre aquellos que morassen cotidianamente en la casa, ouiesse alguno que fuesse huesped (8), aquel non es tenudo de pechar ninguna cosa en la emienda del daño que assi acaesciese; fueras ende, si el mesmo (9) lo ouiesse fecho.

(a) L. 7, tit. 17, lib. 4 del F. R.

(b) Actualmente procederá la aplicacion del art. 467 ó 469 del Código penal, ó del art. 479 del mismo (hoy art. 482, segun la variacion que ha causado el R. D. de 24 de setiembre de 1848), ó del núm. 7 del art. 480. (hoy núm. 5 del art. 483), segun que las circunstancias y la entidad del daño causado hagan calificar de delito ó falta la infraccion cometida.

(c) Derogadas las leyes penales anteriores á la promulgacion del Código por su art. 494 (hoy 496), sólo pueden imponerse las penas que él mismo establece. El caso presente puede calificarse de *imprudencia temeraria*, y así será aplicable lo dispuesto en el tit. 15, lib. 2 del Código penal.

LEX XXV.—De domo aliquid ejiciens vel effundens, quod damnum transeuntibus faciat, tenetur ad damnum duplicatum dominus habitacionis, et si plures sunt, omnes tenentur, nisi appareat quis dejecit, vel effudit: sed hospes advena, nisi ipse fecerit, non tenetur, et si ob hoc mors sequatur alicujus, tenetur in quinquaginta morapetinos auri, medietate Regis Cameræ, et alia defuncti hæredibus applicanda, quia sunt in culpa effundentes, vel dejicientes. Hoc dicit.

(1) *Echan los omes*. Concordat cum l. 1. et per totum, D. *de his qui dejec. vel effund.* §. 1. et 2. *Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nasc.* et procedit etiam si de nocte jactetur, vel effundatur, ubi de nocte iter fit, l. penult. D. eod.

(2) *Cosas semejantes*. Quid si lapis esset projectus de domo ab una ex quatuor, quia erant in domo, sed nescitur à quo, an omnes teneatur de percussione lapidis? Doctores in cap. *significasti*, et 2. *de homicid.* dicunt, quod poenam irregularitatis omnes teneri, per illum textum, si tamen quæretur de alia poena, dicit Abbas Siculus ibi, nullum teneri, quia ex tali impositione poenæ periculum posset subesse, quod innocens poena, et damno afficeretur, contra l. *absentem*, D. *de poenis*, vide quæ dixi in l. 15. supra eod. tenebitur tamen ex hoc edicto, seu ex ista lege Partitarum dominus domus ibi inhabitans, vel qui eam inhabitat jure conductionis, vel gratuito, ut hic, et l. 1. §. penult. D. *de his qui dejec. vel effunder.*

(3) *Los que en la casa moran*. Sive domus sit propria, vel conducta, vel gratuita, ut dixi, et habetur in §. 1. *Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nasc.* neque oportet in hac actione arguere certi hominis factum, ut in l. *cum sane*, et ibi notat Bald. D. *de his qui dejecer. vel effund.* quod tamen habitator domus solverit ex facto familiaris poterit ab eo repetere, l. *si vero*, §. *cum autem*, D. *de his qui dejec. vel effund.* l. *si colonus*, D. *de aqua plu. arcend.* Joan. Fab. in §. *si filius*, *Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* et quid si plures inhabitant domum, sed per quarteria, vide in l. *si vero plures*, in princ. D. eod.

(4) *Cinquenta maravedis de oro*. Concordat l. 1. D. eod. de qua sumpta est.

(5) *La otra meytad a la Camara del Rey*. Adde supra eod. l. 25. et dict. l. *si vero*, §. *hæc autem actio*, cum glossa ibi, ubi Bartolus notat, quod quando statutum simpliciter imponit poenam, media pars applicatur fisco, media actori: vide per eum in l. *agraria*, D. *de term. moto*, distinguentem in hoc.

(6) *Muchos omes*. Concordat cum l. 1. §. fin. cum l. sequenti, D. *de his qui dejec. vel effunder.*

(7) *El solo*. Adde dict. l. *si vero*, §. *interdum*, et Glos. in dict. l. *cum sane*, D. eod.

(8) *Huesped*. Concordat cum dict. l. 1. §. *habitare*, vers. *hostes*, D. eod.

(9) *El mesmo*. Nam tunc datur actio habitatori condemnato contra eum, l. *si vero*, §. *cum autem*, D. eod.

LEY XXVII.—Como los hostaleros que tienen colgadas algunas cosas a la puertas, las d uen poner de manera que non fagan daño a otri (a).

Cuelgan a las vegadas los hostaleros, o otros omes, ante las puertas de sus casas algunas señales, porque sean posadas mas conocidas por ello; assi como semejança de cavallo, o de leon, o de can, o de otra cosa semejante. E porque aquellas señales que ponen para esto, estan colgadas sobre las calles por do andan los omes, mandamos (1) que aquellos que las y ponen, que las cuelguen de cadenas de fierro, o de otra cosa qualquier, de manera que non puedan caer, nin fazer daño. E si por aventura, alguno tuuiesse la señal colgada, de guisa, que sospechassen que podria caer, e lo acusassen dello, o lo fallassen en verdad, que podria caer, e fazer daño; maguer non cayesse, nin lo fiziesse, mandamos, que por la pereza que ovo en non la tener atada como devia, que peche diez maravedis de oro; los cinco al acusador, e los cinco a la Camara del Rey (b). E demas de uela toller de aquel lugar, o te-

nerla y de guisa, que non pueda caer, nin faga daño. E si aquella cosa que y estuuiesse colgada, cayesse, e fiziesse daño a otro, tenudo es aquel cuya es la casa donde esta colgada, de pechar el daño doblado (c) (2). E si por aventura, el daño fuesse de muerte de ome, mandamos que peche cinquenta maravedis de oro, en la manera que diximos (3) en la ley ante desta, que devia pechar el que lo matasse, echando alguna cosa en la calle de la casa do moraua (d).

(a) L. 7, tit. 17, lib. 4 del F. R.

(b) Hoy es aplicable el núm. 21 del art. 482 (hoy núm. 20 del art. 485 segun el R. D. de 24 de setiembre de 1848), y así la pena consistirá en la multa de medio duro á cuatro.

(c) Actualmente, segun las circunstancias, procederá la aplicacion del art. 469 del Código penal, ó del núm. 7 del art. 480 (hoy núm. 5 del art. 483).

(d) Repetimos íntegra la nota última á la ley precedente.

LEX XXVI.—Tenens signum artis suæ supra viam publicam appensum, teneat benè ligatum, aliàs si minus benè ligatum, licet non cadat, teneat, sed propter benè ligandi pigrítiam aut negligentiam, solvet decem morapetinos auri, medietatem Regis Cameræ, et medietatem accusatori: si autem cadat, et damnum dat, solvet damnum duplicatum: et si mors contingat, solvet quinquaginta morapetinos auri, dividendos ut supra. Hoc dicit.

(1) *Mandamos*. Concordat cum l. *si verò*, §. *Prætor ait*, et usque in fin. leg. D. *de his qui dejec. vel effund.* §. 1. versic. *cui similis est*, *Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascunt.*

(2) *El daño doblado*. Concordat cum l. 1. in princip. §. *quod cum suspenderetur*, D. *de his qui dejec. vel effund.* et insuper tenebitur ad decem aureos, de quibus supra, ut et vult Gloss. in l. *si vero*, §. *si id quod*, D. eod.

(3) *Que diximos*. Medietas parti, medietas fisco, quod nota, quia contrarium dicebat Joan. Fab. in §. *cui similis*, *Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* imò quod totum parti.

LEY XXVII.—Como los alfajemes deuen raer los omes en lugares apartados, de guisa, que non puedan resechir daño aquellos a quien afeytan.

Raer, e afeytar deuen los alfajemes (a) los omes en los lugares apartados, e non en las plaças (1), nin en las calles por do andan las gentes; porque non puedan recibir daño aquellos a quien afeytaren, por alguna ocasion. Pero dezimos, que si alguno empuxasse a sabiendas (2) al alfajeme, mientras que tuuiesse en las manos algun ome afeytandolo, o lo friessee en las manos, o en alguna cosa, de manera que el alfajeme matasse, o friessee, o fiziesse algun mal a aquel que afeytasse, por aquella razon; tenudo es aquel por cuya culpa vino, de fazer emienda del daño, e recibir pena por la muerte de aquel, bien assi como si fuesse omicida (b). Mas si la ferida, o la muerte, acaeciesse por ocasion, estonce deve fazer emienda del daño aquel por cuya culpa nacio la ocasion, assi como mandan las leyes (3) deste titulo (c). E si por aventura, el que afeytasse fuesse en culpa del daño, o de la muerte, seyendo embriagado (d) quando afeytasse, o sangrasse alguno, o non lo sabiendo fazer se metiesse a ello, estonce deve ser escarmentado segun aluedrio (4) del Judgador (e).

(a) Barberos.

(b) Si hubiere homicidio se impondrán las penas señaladas en el cap. 1, tit. 9, lib. 2 del Código penal de 1848, y si no hubiere mas que lesion ó herida se aplicarán las establecidas en el cap. 4 del mismo título y libro.